Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35536
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



in cruce clamans voce magna tradidit spiri-
tum et ecce velum templi diuisum est. monu-
menta aperta sunt. terre motus facte est enim
magnus qꝫ mortem filij dei clamabat mun-
dus se sustinere non posse. Aperto ergo lan-
cea militis latere crucifixi domini exiuit
sanguis et aqua in redemptionem salut nr̃e.
O admirabile precium cuius pondere Aū.
captiuitas redempta ē mundi tartarea con-
fracta sunt claustra inferni. aperta est nob
ianua regni. Orationes ad crucifix-
um. Primo ad pedes.
Domine Jesu christe. deus ve-
rus de deo vero. qui pro redep-
tione generis humani. serpen-
tina suasione decepti. mun-
dum erroribus implicatum illuminare
et crucis patibulum hodierna die subire
voluisti. vt et lignum ligno vinceres. et
peccati hereditariam mortem. morte poten-
tissima superares. Exaudi me miserum
indignum. prostratum ante oculos tue
benignissime maiestatis et adorantem te.
et benedicentem nomen tuum sanctum